Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37

[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]

Beatus Gregorius papa: Homilie zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-6715

Visual Library

·na dilectione deuotoſ eſſe
debere · hoc eſt et eiuſdem
ſui redemptoriſ · & frūm ſi
mul amore flagranteſ
Conuerſuſ aūt ihc · et uidenſ
eoſ ſequenteſ ſe · dicit eiſ ·
Quid quaeritiſ · Non potuit
ignorare dnſ quid ſequen
teſ ſe diſcipuli iohanniſ que
rerent · ſed in eo quod ad il
loſ ſequenteſ conuertitur ·
quod ipſe prior quid que
rerent interrogat · quod
dat illiſ fiduciam quaeq;
uellent rogandi · manifeſte
innotuit · quantum boniſ
nriſ ſtudiiſ delectetur · quã
libenter iter ueritatiſ incho
antibuſ · ipſe auxilium la
turuſ occurrat · Qui dixe
runt ei · Rabbi · quod dici
tur interpretatum magiſter
ubi habitaſ · Nolebant tran
ſitorie magiſterio ueritatiſ
perfrui · ſed manſionem po
tiuſ in qua habitaret inqui
rebant · quatenuſ et tunc

liberiuſ in ſecreto uerbiſ illi
uſ imbui · et exinde ſepiuſ
eum poſſent uiſitare pleni
uſ inſtruendi · Unde et ipſe
quia illoſ bene petenteſ · quae
renteſ · pulſanteſ uidit · libenſ
eiſ ſecretarium ſui reſerauit
archani · eoſq; introducenſ · ue
ritatiſ euangelicae rudimen
tiſ · quae deſiderabant inluſtra
uit · Nam ſequitur · Dicit eiſ ·
Uenite et uidete · Statimq; ſub
iungitur · Uenerunt et uide
runt ubi maneret · et apud
eum manſerunt die illo ·

SCDM MATHEUM

In illo temp̄ · Ambulanſ ihc
iuxta mare galileae · uidit
duoſ frſ ſimonem qui uocat̄
VIII petruſ & andream fratrem
eiuſ & rel̄ · OMELIA BEATI
GREGORII PAP̄ · DE EAD̄ ·

AUDISTIS FRS CCMI ·
quia ad uniuſ iuſſioniſ
uocem · petruſ et andreaſ reli
ctiſ retibuſ · ſecuti ſunt redem
ptorem · Nulla uero hunc

hunc facere adhuc miracula
uiderant · nihil ab eo de prae
mio aeternae retributionis au
dierant · & tamen ad unum
dñi praeceptum · hoc quod poſ
ſidere uidebantur obliti ſunt ·
Quanta nos eius miracula uide
mus · quot flagellis affligim̄ ·
quantis minarum aſperita
tibus deterremur · & tamen
uocantem ſequi contemnimus ·
In caelo iam ſedet · qui de con
uerſione nos admonet · iam
iugo fidei colla gentium ſub
didit · iam mundi gloriam
ſtrauit · iam ruinis eius cre
breſcentibus diſtricti ſui iu
dicii diem propinquantem
denuntiat · & tamen ſuper
ba mens nr̄a non uult hoc
ſponte deſerere · quod coti
die perdit inuita · quid ergo
frs̄ kmi · quid in eius iudicio
dicturi ſumus · qui ab amo
re praeſentis ſcli · nec prae
ceptis flectimur · nec uerbe
ribus emendamur · Sed

fortaſſe aliquis tacitis ſecum
ſibi cogitationibus dicat ·
Ad uocem dominicam · uterq;
iſte piſcator quid · aut quan
tum dimiſit · qui pene nihil
habuit · Sed hac in re frs̄
kmi · affectum penſare po
tius debemus quam cenſū ·
Multum reliquit · qui ſibi ni
hil retinuit · Multum re
liquit · quiquamlibet pa
rum · totum deſeruit · Certe
nos & habita cum amore
poſſidemus · & ea quae mi
nime habemus ex deſide
rio quaerimus · Multum
ergo petrus et andreas di
miſit · quando uterq; etiã
deſideria habendi dereliq̄t ·
Multum dimiſit · qui cum
re poſſeſſa · etiam concu
piſcentiis renuntiauit ·
A ſequentibus ergo tanta di
miſſa ſunt · quanta a non
ſequentibus concupiſci po
tuerunt · Nemo igit̄ etiã
cum quoſdam conſpicit mul

ta reliquiſſe · apud ſemet
ipſum dicat · Imitari huiũ
mundi contemptores uo
lo · ſed quod relinquam
non habeo · Multa fratres
relinquitis · ſi deſideriis ter
renis renuntiatis · Exteri
ora enim noſtra · dño quã
libet parua ſufficiunt ·
Cor namque et non ſubſtan
tiam penſat · nec perpendit
quantum in eius ſacrificio ·
ſed ex quanto proferatur ·